



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive  
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,  
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,  
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

**Bosschaerts, Willibrord**

**Mechliniae, 1650**

33. De Wilibaldo & Winibaldo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10958**

D I S S E R T A T I O   X X X I I .

123

(in Hibernia scilicet sub Egberto è qua S. Willibrordus iā exierat in Frisiā) voluntarie exules degebant. Pietate inde productis, Saxoniā adierunt &c. post S. VVillibrordū ergo eiusque com-militones profecti.

Textum Marcellini, qui maximum & fere unicum est fulcrum aliter sentientium, nihil moramur: censemus-nim, ut supra, non esse S. Marcellini, sed potius cuiusdam longè recentioris Pseudo-Marcellini qui specioso San-cti Marcellini titulo sua commenta venditauit. Timuit anguem in herba Doctissimus Molanus, dum ex dicto textu narrans, non affirmans, duos Ewaldos recenserit in-ter socios S. Willibrordi, adiungit: *Quamquam Beda narra-re videatur eos post quam multo tempore in Hibernia pro eterna patria exulauerant, secutos esse exempla duodecim primorū, scilicet Willi-brordi & undecim reliquorum. Difficultatem videbat Mo-lanus, & non ausus illum Marcellinum negare, causam in medio relinquit. Nec mirum; non enim ei propositum erat singulas SS. Historias exacte discutere, præcipue stu-debat Natales SS. Belgij congerere & in certum ordinem redigere, quod felicissimè præstítit.*

D I S S E R T A T I O   X X X I I I .

De Wilibaldo & Winibaldo.

**E**Tiam Wilibaldus primus Episcopus Aichstaden-sis, & Germanus eius frater Winibaldus Abbas Heydenheymensis cum S. Willibrordo mare sul-cantes in Frisiā exscensionem fecerunt anno 690. iuxta citatam Histeriam S. Marcellino in-scriptam.

Verum personato illi Marcellino soccum & cothurnum

Q

hic

hic detraxerunt Iacobus Gretserus lib. de Sanctis Aichsta-  
stadensisibus, Henricus Canisius, Mathæus Raderus de S.  
Bauaria, & Doctissimi quiquæ Apocalipſim illā recipiunt,  
ut Cancellarius Bauariæ Herwetus, Carnefeltius, Mi-  
ræus &c. Ne igitur in re sat manifestata rationibus, quas  
in commentarijs ad Marcellinum contra Marcellinum ali-  
quando congeſſeram, Lectorem tremorē, ſolum producā  
Antonium Demochares qui ex tabulis Ecclesiæ Aichstadē-  
ſis fideliter depromptis adſtruit, Wilibaldum primum  
Episcopum Aichstadensem S. Richardi Anglorum Re-  
gis & S. Bonnæ Bonifacij primi Archiepiscopi Mogunti-  
ni fororis filium ac fratrem S. Winibaldi Abbatis primi  
Salsbergensis à S. Bonifacio consecratum in cœnobio Tu-  
ringiæ Salsbergensi an. 745. cum eſſet annorum 41. preſedil-  
ſe verò annis 36. obiijſſe 781. ætatis ſuæ 77. ſepultum in  
Ecclesia Aichstadensi. Hinc ſequitur Wilibaldum cum  
Sanctus Willibrordus anno 690. huc ſe contulit, nondum  
in lucem fuiffé editum, ac primò natum anno 704.

Pergit Demochares; veniſſe è Thuringiâ ad fratrem E-  
piscopum Winibaldum anno 750. qui utriusque ſexus cœ-  
nobium Heydenheymentse in illis partibus conſtruxit &  
ibi Abbas vitam Religioſiſſimam perduxit ac fororem S.  
Walburgē noui cœnobij Heydenheymentis præfecit Ab-  
batissim congregatiōi Sanctimonialium. Præfuiffé verò  
Winibaldum Abbatia Heydenheymenti annis decem, o-  
biijſſe anno 760. ætatis 60. ſepultum in eodem coenobio.  
Hinc ſimiliter collige, non niſi post adventum Willibrordi  
munlo productum Winibaldum, ſcilicet anno 700. & hos  
cum S. Willibrordo ex Hibernia ad Frisiū velificites facit  
Marcellinus; ambulantes ante qui viuerent, Doctores an-  
tequam diſcere poterant.

Molanus in Wilibaldo & Winibaldo recitat quidem ex  
tex-



## D I S S E R T A T I O   X X X I I I .

113

textu Marcellini eos cum S. Willibrordo aduenisse, attamen statim post dubium proponit & dubium relinquit. Alij, inquiens, eos referunt ad tempora paulo posteriora, Bonifacij scilicet eorum Auunculi, & aliter narrant historiam. Quorum fortassis concordiam ab Ejstatensibus dari posse. Ita ille. Verum frustra concordia ab Aichstadiensibus imploratur à quibus inueterata falsitas per personatum siue corruptum Marcellinum causata, clare manifestatur.

Nota hic 1. Molanum Wilibaldum Episcopum seniorē habere Winibaldo Abbe contra Democharem apud quē Winibaldus est natu maior. Difficultas tamen hæc non difficilis est conciliatu: nam / omitto quod propter omni modam similitudinem nominum facile vitio typographicę per transmutationem vnius litteræ in aliam Winibaldus & Wilibaldus confundantur, alia atque alia ratione uterque potest dici senior: Winibaldus quia prior tempore auram vitalem hausit, Wilibaldus quia tempore prior laborauit in Aichstadiensi prouincia ad quam accessit VV inibaldus frater.

Secundò, propter Authoritatem & dignitatem Episcopalem, cui subiectus erat frater.

Tertiò, & propriūs, quia Wilibaldus 20. annis fratri suo supervixit maioremque senectutem adeptus est.

Nota 2. Willibaldum intitulari Episcopū Aichstadiense, Aureatensem, Ejstatensem, quæ tria idem important. Nam Aichstadiensis Episcopatus nominatus etiam est Aureatensis ab Aureato vetussima vrbe quam Hunni vastarunt ad Almonum siue Altimulam amnem Norici sinus. Cum verò Wilibaldus ad dictum amnem excisa queru cænobium institueret, ad illud certatim vndeque ut Religiosorum hominum consuetudinem assequerentur, mul-

Q. 2

ti

124 DE PRIMIS VETERIS FRISIÆ APÓSTOLIS  
ti accurrerunt, ac ibi iuxta monasterium sibi tuguriola  
çdificarunt, quæ cum muris & fossis monasterio inclusis  
set Wilibaldus Episcopus, appellavit id oppidi ab excisis  
quercubus Aichstadium, quasi oppidum ad eradicatas  
quercus conditum; & inde corruptè processit Eijsta-  
dium & corruptius Eeistretense.

### D I S S E R T A T I O   X X X I V .

#### De Lebuino siue Leuino.

**S**imiliter Lebuinus, qui à Gregorio tertio Ultraice-  
tinorum Antistite ad Transalanos Euangelizatum  
est directus, cum S. Willibrordo portum Wilta-  
burgensem subiit anno 690. Ita multi ex eodē Mar-  
cellino.

Sed non ego credulus illis.

Longè aliud loquuntur acta Lebuini siue Laiwini/ di-  
uersimodè enim scribitur) apud Surium ex Hucaldo,  
apud Miræū ex Othelgrimo per Christophorum Brouue-  
rum Societatis I E S V edito. Verba Othelgrimi sunt: Tem-  
poribus Gregorij 3. Ultraiectensis Episcopi venit & alius homosactus  
Laiwinius Domino vocante adductus. Etenim referebat trina om-  
nipotentis Dei admonitione terribiliter se exire iussum ut illo in lo-  
co & illis gentibus miseroris nostri Euangelium prædicaret, petiȝt-  
que à Gregorio demonstrari sibi locum diuinitus commendatum. Ga-  
matus ille de Diuinaclementia, direxit eum in confinium Francorum  
& Saxonum iuxta flumen Isala ad locum qui dicitur Dauentre,  
dans ei comitem & cooperatorem verbi Dei Serum Domini Mar-  
cellum & ipsum ex Anglorum genere à S. Willibrodo à pueritia e-

mutris